



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caout, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Captivus quidam, implorata virgines ope admirando miraculo libertate
donatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

sancta Virgo in veneratione est, penitus liberatum se sensit.

QVIDAM CALCULO GRAVATUS,
B. virginis se deuouens peregrinum, dicti morbi pondere plene subleuatur.

CAPVT IX.

M Athæus Siluius à Massis calculo diuè cruciatus, & per hebdomadas vnâ & viginti, die nocteque clamans, Beatam Virginem Cheruicensem inuocat, eique se peregrinum deuouet, promisso sui corporis pondere cereo: quo facto mox sane & prospere se habuit.

CAPTIVVS QVIDAM IMPLORATA
virginis ope, admirando miraculo libertate donatur.

CAPVT X.

Ioannes Douvixus è Fraxinis Brabantorû, Rotnaci captus, & patrata cædis accusatus est. Quæ causa fuit, eum equi caudæ alligatus ad quingentos plus minus passus miserè tractus, in angustissimum carcerem reduceretur vincus, & manuum pollicibus tam immaniter constrictus, vt inter carnem & vngues sanguis erumperet; pedibus quoq; ferro, ac duobus annulis stricte compressus: vt taceam disruptum pænè totum corpus ac lacerum à violentiore illo equi tractu. Quem

pater in tanta calamitate conspiciens, scilicet
 monet vt ad Innocentiae matrem toto ani-
 mi affectu confugiat, ab eaque suppetias
 ferri postulet, tanquam caedis imputata
 nimè reo, licet per sententiam moeti adu-
 cato. Miser captiuus, patris monitis obtem-
 perans, tanto deuotionis ardore est incedens
 erga beatam Virginem Cheruiensem, vt in
 pro temporali articulo, pollices vltro sol-
 rentur, compedes & annuli laxarentur ac pe-
 dibus exciderent, Accessit ille ad primum ca-
 ceris ostium, quod subito patuit: inde ad
 cundum, quod etiam apertum est. Cumque
 iam libera esset egrediendi via, videt suos co-
 stodes (nam tres adhuc satellites in sui custo-
 diam habebat) vrinam facientes: ostium in-
 terim ad eius aperturam nonnihil strepen-
 deuocat ipse pedem: fremit miser & nouis-
 ma timet peiora prioribus animo repetens
 mul & desiderans prioris suae fortunae casum.
 Tunc medullitus piam virginem in parocia
 aduocat, vouens se, si à periculo liberaretur,
 cereum, sui corporis pondus, Cheruiz depo-
 siturum, & quotannis ad eius memoriam per-
 egrinaturum. Ostium subito nec sine magno
 strepitu aperit, liberè nulloque obstaculo per
 medios custodes transit, celeri gressu Cherui-
 am contendit, cum ferramentis suis, quae ab-
 huc in adicula videre est. Hæc miracula & ce-
 lia, quæ breuitatis studio prætermitto, parata
 sunt

sunt ab anno 1310. vsque ad annum 1404. In quorum fidem tibi videre licet regeſtum in *edicula* aſſeruatam.

SACERDOS QUIDAM PERDITA loquela & vsu rationis, ac per octo menses lecto affixus, planè conualeſcit, inuocata Dei matre ante eius imaginem.

CAPVT XI.

ANNO 1429. Dominus Theodoricus Plancius Sacerdos Cheruiæ natus, ibique degens, in morbum tam violentum incidit, vt non loquelam tantum, sed etiam rationis vsu amiserit, per octimestre aut amplius lecto affixus. Intra quod temporis spatium mater eius omnem mouit lapidem, vt peritissimos quosque tum Medicos, tum Chirurgos è diuersis locis euocatos adhiberet sanando filio, idque magno sanè cum sumptu, vt ex ea caussa melior reditus eius portio ad Hippocrates & Galenos sit deuoluta. Frustrata tamen omnibus his tentatis, tandem ad supremum medicum, & benignissimam Dei matrem Cheruiæ pro honore recognitam, confugit: ante cuius imaginem suis precibus, quales maternus in filium affectus, & sumptuum frustra factorum iactura exigebat: idque die festo Paschæ ante meridiem. Vbi domum redijt, Theodoricum filium hortatur vt recu-
peras-